

» cuiilibet papati, et librarum quinquaginta cuiilibet homini ad illa
 » officia se reducenti. Et hoc fiat illis graecis notum, ne per igno-
 » rantiā quicunque excusare se possit, quas penas exigant offi-
 » ciales de Nocte et Capita sexteriorum dando tertium accusatori. »

5. Breve del papa Sisto IV, per cui è assegnato ai greci, per le loro uffiziature, la cappella od oratorio di sant' Orsola a' santi Giovanni e Paolo.

» Sixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri epi-
 » scopi Aemoniensi et dilectis filiis plebano sancti Martini ac Lu-
 » dovico de Medicis canonico Venetiarum ecclesiarum, salutem et
 » apostolicam benedictionem. — Sollicitudo pastoralis officii cui
 » dante Domino presumus nos inducit imo Christi caritas compellit,
 » ut vocibus cunctorum Christifidelium illorum presertim qui spur-
 » cissimorum christiane religionis inimicorum diris bellis a propria
 » natione exules existentes per alienas provincias vagare coguntur,
 » illis precipue, per que salus animarum: et divinus cultus accrescit,
 » favorabiliter annuamus, et eorum calamitatibus paternis compa-
 » tiamur affectibus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte uni-
 » versorum Christifidelium nationis grecorum, qui post miserabilem
 » devastationem provinciarum grecarum in civitate Venetiarum se
 » receperunt, petitio continebat, quod cum alias post hujusmodi de-
 » vastationem et terrarum in partibus orientalibus sub Christi no-
 » mine degentium obsidione ipsi fideles greci, qui manus imanissimi
 » turci evaserant, ac se ad diversas partes pro eorum substentatione
 » recepissent, presertim in eadem civitate Venetiarum eorum multi
 » moram facerent pro ut hodie faciunt a sede apostolica quandam
 » capellam parvam in ecclesia s. Blasii etiam Venetiarum, in qua
 » missas et divina officia et devotiones suas greco eloquio juxta ritus
 » et consuetudinem provinciarum grecarum celebrarent, atque fa-
 » cerent sibi assignari obtinuerunt. Et sicut eadem petitio subjun-
 » gebat capella ipsa tante multitudinis eorumdem Cristifidelium